

etiam quod dotale n. 19. C. de collat. Aym. consil. 236. nam 4. & alii plures relati per Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 149. n. 5. & per Joseph. Ludovic. dec. 21. n. 52. Rot. coram Mant. dec. 229. n. 2. & dec. 131. n. 2. part. 4. divers. & decis. 195. n. 3. part. 2. recent. sed etiam tum ex nobilitate utriusque familiae, Historicorum nonumentis, ac testibus justificata, tum ex usu Civitatis, ac speciali hujus domus consuetudine, in foeminarum dotatione adhibita, ac plurium depositione testium comprobata, tum ex conjugis utriusque facultatibus & ac praecipue Laetii Patris, valorem excedentibus scutorum centum millium de tempore dotis constitutae, ut constat ex legitimo calculo, Judicis auctoritate confecto, & ab utraque parte subscripto. Ex quibus dotis condoncentiam sive excessum regulariter elici posse probat text. in leg. quero 61. leg. cum post 70. §. gener. & §. nuptiis. ff. de jur. dot. notat. Brunus de statut. foeminarum exclus. art. 9. quest. 1. n. 32. Rot. coram Caval. dec. 260. n. 3. & coram bon. mem. Urgell. dec. 26. n. 15. & in dec. 41. p. 4. tom. 2. & dec. 88. n. 9. cum seqq. p. 5. rec. Et quia denique condoncentia dotis congruere debet quantitati legitimae, ut notant Doct. in auth. res, quae C. commun. de leg. Dec. in consil. 106. n. 2. in fin. Deci. n. consil. 17. n. 19. lib. 2. Aym. consil. 236. n. 5. Joseph. Ludovic. dec. 21. nu. 38. Birtius dec. 122. nu. 6. cujus tamen valori correspondet dos assignata Victoriae: Siquidem, licet ipsemet Laetius septem superstitibus liberis decessisset, sex videlicet masculis, & altera foemina, foere Victoriae, haec tamen monasticam vitam elegit, ex masculis vero, tres ipsius haereditatem adivisse non constat, ceteros justis de causis & ab eodem exhaereditatos ad ipsius patrimonium non potuisse aspirare per tex. in l. Lucius. ff. de jure fsc. l. cum ratio, & l. sororem ff. quibus ut indig. Peregr. de jur. fsc. lib. 2. tit. 3. n. 1. cum aliis per Merlin. de legitima, lib. 4. tit. 1. q. 18. n. 1. & 2.

Neque dotis congruitatem excludit constitutio Piana, edita de anno 1367. in ordine 39. Bullarii p. 2. ex cujus dispositione ad summam longè minorem reducitur competentia dotis; Cum enim haec usu recepta non fuerit, & quinimò sive ex Bulla Gregorii XIII. abrogata, ut ponderavit Rota coram Greg. dec. 267. & in Romana Casalis Auguzzi uni 27. Junii 1640. coram R. P. D. meo Rojas: sive reformata per alteram Sixti V. editam anno 1587. in ordine 52. eadem parte 2. huic postmodum constitutioni Sixtinae in specie derogatum fuit à Clemente VIII. Pontifice in brevi super confirmatione Constitutionis dotis praedictae, & quibuscunque insuper aliis statutis, & Apostolicis Constitutionibus contrariis, cujus virtute derogationis elisa censetur vis Constitutionis Sixtinae, atque Pianae, ac ceterarum omnium, quae obesse possent, licet specialis earundem mentio non praecesserit, ut not. Doct. in leg. ult. C. contr. jur. vel util. pub. ubi Cyn. n. 2. Bart. n. 4. in fin. Alex. consil. 122. n. 8. lib. 4. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 36. n. 66. ceterique relati in una Melevitana Antianitatis 1. Junii 1643. coram me in ult. §.

Hoc verò Breve Clementis pro hujus dotis confirmatione expeditum, obreptionis vitio redargui non poterit, quod ibi enuncietur, majorem pro legitima summam competuisse Victoriae. Praeterquam enim ipsa tantummodo remanserat haeres Laetii patris, ut fuit superius ostensum, adeoque ex facto corrui objectio; dum gratia summi Pontificis non hujusmodi enunciativae innititur, sed fundatur in eo, quod constitutio usu recepta non foret, sive usu contrario abrogata, neve hujus-

modi oppositionis praetextu voluntas contrahentium, ac fides, & juramenta eluderentur, ut legitur expresse in §. Nos considerantes; Enunciatio illa licet justificata non foret, & quinimò posset falsitatis vitio redargui, non tamen gratiae nullitatem operatur ex notatis in cap. ex parte, & in cap. cum olim, & in cap. inter ceteras de rescript. Felin. in cap. 2. nu. 23. eod. tit. ubi etiam Rip. n. 58. Rot. dec. 7. de rescript. in nov. & coram Bellamer. dec. 280. coram Puteo 193. lib. 1. & dec. 69. lib. 2.

Neque haec dos Victoriae & ex eo poterit excessiva praesumi, quod eam alias in scutis 7000. Rota taxaverit coram Sacrato in una Romana Dotis 18. Martii 1619. Quoniam ibidem As haereditarium promissoris dotis, valorem scu. 55. mil. non excessisse supponitur. Dum itaque in proposito casu ex calculo edito inter partes, ad valorem scutorum centum millium, & ultra ascendisse probatur patrimonium Laetii, dos consequenter in scut. 13000. taxata Victoriae, ejus quoque decisionis tenore perspecto, non poterit excessiva praesumi.

Alter pars dubii, quod ex Primogeniturae bonis dos persolvi possit, robor assumit ex testibus pro parte Victoriae formiter examinatis, ac aliam bonorum existentiam excludentibus, & Patris inopiam, ceterorum respectu bonorum iustificatibus, ex quibus nequeat illa persolvi, ut respondit Rot. in una Romana Census 26. Junii 1647. in §. qui est casus noster coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana Dotis 13. Februarii 1640. in §. neque obliant coram bon. mem. Card. Panzirolo, & in Romana haereditatis 14. Decembris 1646 in §. & licet, coram bon. mem. Arguelles, dum maxime coadjuvatur depositio ex praesumptione juris, & ceterorum existentiam bonorum excludentem in casu dotis jam constitutae, donec contrarium ab allegante probetur, ut not. Curt. sen. consil. 519. prop. fin. m. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 9. n. 174. & plures alii relati per Peregr. de fideicom. art. 42. n. 73. Rot. coram Mant. dec. 142. n. 5. & coram bon. mem. Urgell. dec. 241. n. 4. An judicialis praeterea interpellatio Marchionis adversarii praecessit ad indicanda bona libera Laetii, ex quibus eadem dos, sive residuum illius consequi posset. Huic enim satis probata censetur non existentia ad hoc ut contra Primogeniturae bona possit ad ulteriora procedi.

Hinc obesse non poterit prohibitio Lucae Testatoris, qui primogenituram instituit, cum legis dispositionem, quoad detractionem congruae dotis & (qualis in proposito casu ex supra deductis haec fuisse dignoscitur) impedire non valet l. nemo potest, ff. de leg. 1. §. quamobrem. Auth. de rest. & ea quae parit Rot. coram Gregor. dec. 266. n. 11. & alias resolutum fuit in hac eadem causa sub die 30. Maii 1618. coram bon. mem. Card. Fabricio Verospio, & sub die 20. Junii 1619. coram Remboldo, & 29. Novembris 1641. coram bon. mem. Merlino.

Hanc quoque dotis detractionem ex Primogeniturae bonis impedire non poterit negligentia ejusdem Victoriae objecta, in curanda satisfatione propriae dotis, ex pretio Castri Roccae Siccae, sive ex dote Hieronymae matris: Nulla enim constante matrimonio negligentia eidem objici potest, & sed ipsius debet viro imputari non autem obesse Uxori, ut respondit Rot. in Spoletana Salviani 3. Junii 1639. coram bon. mem. Merlino, Praeterquam pretium ex venditione Castri redactum anteriores exegerant creditores; Dos verò materna Hieronymae scut. 10000. proportionabiliter restituta fuit filiis ejusdem Laetii de pretio ejusdem Castri, eaque ad favorem Dominorum de Maximis,

Maximis, deducta pariter fuit in calculo in §. Sexta pariter, ut responsum fuit in decisione praeterita.

Denique obstare non poterunt quae super detractione fideicommissi Dominici repetuntur, hunc enim articulum, nec in decisione bon. memor. Remboldi deductum responderunt Domini praesentis non esse indaginis, & in antecedenti praeterea decisione fuisse sublatum.

Et ita &.

DECISIO LXXII.

R. P. D. MELTIO.

Melevitana Bonorum.

Veneris 10. Maii 1652.

SUMMARIUM.

- 1 Transactio dicitur transitus ab actione. Ut valeat qualibet dubitandi occasio sufficit, nu. 3.
- 2 Transactionis necessaria quae.
- 4 Fides mala per sententias purgatur.
- 5 Laesio concludenter probanda ad rescindendam transactionem. Qualiter metienda, n. 7. Enormissima quae dicatur, Judex arbitratur n. 8.
- 6 Legitimae consistentis in pecunia fructus non debentur.
- 9 Laesionis praesumptio removetur, ex praesentia Magistratus.
- 10 Transactione pro sustinenda capitur interpretatio.
- 11 Tutor non potest dici debitor ante redditam rationem.
- 12 Hospitale à laicis gubernatum dicitur laicale, & num. 15. Limita ut num. 13.
- 14 Fides probationem non facit.
- 16 Beneplacitum Apostolicum in contractibus Hospitalium, quando requiratur.

Domini persistendo in decisio coram me sub die 10. Februarii 1651. iterum responderunt liti, quam Venerabile Hospitale Sancti Spiritus Civitatis Melitae renovare praetendebat contra illos de Cassar obtinere transactionem alias usque de anno 1580. inter dictum Hospitale, & Auctores illorum de Cassar initam; quia transactio nil aliud est, quam recessus à lite, & actione mota, & movenda, & ideo dicitur transactio * quasi transitus ab actione, secundum Bart. in l. sive apud acta n. 22. C. de transact. vel quasi transiens actio, secundum Bald. in l. 2. ff. de jure jur. l. in summa, & l. eleganter, ff. de cond. indeb. leg. sub praetextu, Cod. de transact. c. 1. extr. eodem. Necessaria autem transactionis * requisita in eo consistentia, ut nempe illa fiat super re dubia, ac incerta l. 1. ff. de transf. Jac. in rubric. n. 15. ff. de transf. Roman. in consil. 517. n. 18. versic. non est autem dubium. Cravett. consil. 153. n. 10. versic. breviter ista transactio. Rota in recent. decis. 447. n. 2. versic. nec visum est ob stare, & in Bononien. nullitatis concordiae 13. Junii 1645. coram R. P. D. meo Cerro §. secundo pro inefficacia; Nec non ut fiat cum mutua inter ipsos Transigentes compensatione aliquo hinc inde dato, vel remisso l. transactio nullo dato, ubi DD. C. de transact. Rot. in recentior. dec. 231. n. 2. part. 4. & dec. 271. n. 25. versic. qui dolus part. 6. Satis in proposito casu verificantur, quae propterea istius transactionis validitatem clarè demonstrant.

Dubietas materiae, super quia inita fuit transactio satis colligitur ex diuturnitate litis, & diveritate sententiarum hinc inde emanatarum, & tamen ad hunc effectum * etiam quaecumque modica occasio dubitandi sufficeret, l. 2. ubi gloss. in verb. nulla, & ibi Bart. & Bald. n. 1. C. de transact. Alex. consil. 20. n. 3. versic. quia respondeo lib. 3. & etiam si lis adhuc in judicio deducta non fuisset, solus illius timor deservire potest pro justa causa transactionis, Paris. consil. 3. n. 24. versic. esto quod lis in judicio part. 4. Rot. in recent. dec. 263. n. 2. part. 3. & in Bononien. fideicommissi de Testamento ejusdem Xerri ordinatae succedebat, reportavit ab illis de Cassar amplissimam renunciationem omnium jurium, quae è contra illis competebant super haereditate, & bonis ejusdem Nicolai Antonii occasione dotis Antonellae ejus uxoris consistentis in pecunia, mobilibus, aliisque bonis violori pretio per eum distractis. Unde cum apparet uberem, & amplam fuisse recompensationem ab Hospitali reportatam, ex hoc capite justè impugnari non posse videtur hujusmodi transactio.

Non obstat objectum iterum excitatum laesionis enormissimae ex eo deductum, quod jura ab Hospitali renunciata longè majori aestimatione excedant ea, quae fuerunt in recompensam remissa ab illis de Cassar, nam etiam si attendatur calculus ad id probandum datus, pro parte Hospitalis ab illo minimè resultat talis laesionis probatio, in eo enim jura renunciata ab illis de Cassar valutantur in scutis 1020. & è contra bona dimissa ab Hospitali aestimantur in scutis 3589. prout in pluribus partibus in dicto calculo adnotatis à quibus tamen si demantur partem infra dicendae praetensa laesio penitus cessabit. Primò namque demanda venit partita scut. 796. occasione fructuum, à die motae litis dicta summa per sententias liquidatorum, quia cum dictae sententiae fuerint deinde revocatae, & concessa illis de Cassar reintegratio in bonis ad quae Hospitale antea obtinuerat immisionem, utique tales fructus non sunt amplius ponendi ad creditum Hospitalis, cum illi spectent ad Victorem, & mala fides, * quae dici posset inducta ex originali contestatione litis, purgata deinde remansit, & conversa fuit in bonam fidem per sententias favorabiles reportatas à dictis de Cassar reis conventis leg. questum in fin. ff. de acquir. rer. dom. Surd. consil. 115. nu. 7. lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 9. n. 593. Peregr. de fideicommiss. art. 49. n. 110. Rot. coram Buratt. decis. 568. n. 3. versic. tertio reos conventos.

Visa fuit pariter moderanda partita etiam scut. 900. pro pretio medietatis dicti Territorii Americae, quia ex Instrumento emptionis dicti Praedii factae à dicto Nicolao Antonio Xerri, & Laurentio Cassar de ann. 1562. apparet illud emptum fuisse in totum pro pretio unciarum 500. constituentium de moneta scuta 1250. quorum propterea medietas non excedit scuta 625. & istud justum pretium praesumitur; adeo ut si Hospitale illud majoris valoris fuisse praetendat, ipsi incumbat onus hoc probandi, maxime dum agit ad effectum rescindendi transactionem. * Unde plenè, & concludenter dictum valorem tenetur probare, Seraphi

decis.

decif. 638. n. 4. & 5. & dec. 1462. n. 1. in recent. dec. 231. n. 1. in fin. part. 4. & quidem de tempore transactionis, non autem antea juxta gloss. & communiter DD. in l. 2. C. de rescind. vendit. Rota coram Buratt. dec. 538. n. 9. & fuit dictum in Romana pecuniaria de Ceulis 26. Junii ejusdem anni §. fin. coram bon. mem. Coccino.

Etiā sexta partita scut. 412. consisten. in fructibus legitimæ debitæ Antonellæ spatio 35. annorum, nempe à die illius obitus secuti de ann. 1564. usque ad diem transactionis factæ de anno 1599. raxatis ad rationem scutorum 5. pro centenarij visa fuit recipere diminutionem, quia dos Antonellæ, ex qua venit detrahenda dicta legitima non consistebat in stabilibus, sed ejus major pars constituta fuerat in pecunia, jocalibus, & mobilibus, fructus autem respectu illius partis legitimæ, quæ consistit in pecunia ut minimè debeantur articulo maturè discusso, firmavit Rota in Romana Legitimæ del Nero 4. Julii 1646. coram Eminent. D. Card. Othobono.

Hujusmodi partiæ, quarum aliquæ, ut supra dictum est, in totum sunt expungendæ, aliæ autem in parte moderandæ, cum constituent summam scutorum 1400. circiter, sequitur ut detracta hac summa jura ab Hospitali renunciata etiam juxta suum calculum remaneant in summa scutorum 2189. & ita apparet illa non excedere valorem jurium ab illis de Cassar remissorum nisi in scutis 1177. appetiando tamen eorum valorem ad formam calculi Hospitalis in scut. 1020. quibus tamen cum addi debeant infra scriptæ partiæ, quæ non sunt in calculo descriptæ, & in transactione continentur, nempe uncia decem annui redditus debiti per jugales de Guevara, uncia una debita per Simonem Sciclune. Item jura in duabus tertijs partibus loci, & domorum ubi habitabat Hieronymus Xerri, & in clausura Terræ appellata Habel falson; hinc fit ut omnibus istis partijs cumulatim, prout ad hunc effectum rectum requiritur, quia læsio * metienda est ex toto contractu, & ex omnibus in eo contentis, non autem ex defectu unius, vel alterius DD. in l. si ex falsis, C. de transaction. Surd. consil. 217. n. 6. lib. 2. Rota in recentior. decif. 231. n. 1. in fine, part. 4. Dubia admodum, & æquivoca redditur prætenfa læsio, adeo ut Judex à cuius potissimum arbitrio * pendet statuere quænam læsio enormissima dicatur, ut post Abb. Butr. & alios ibi allegatos tradit Menoch. de arbit. Judic. lib. 2. cas. 74. n. 4. Dec. consil. 39. num. 7. Paris. consil. 12. num. 8. consil. 89. num. 93. volum. 1. Rolan. consil. 7. nu. 54. & sequentibus, volum. 3. Arbitrari possit eam in proposito casu non adesse, præsertim dum hæc transactio inita fuit cum præsentia Magno Magistri, & Juratorum Civitatis, * quorum auctoritas quamcunque læsionis præsumptionem excludit, ut præter allegatos in alia decisione firmavit etiam Rota decif. 120. nu. 15. & 25. & coram sanct. memor. Gregor. XV. decif. 457. n. 1. part. 2. recent. decif. 783. num. 14. coram Buratto, ponderando etiam dubium litis eventum, qui dedit causam huic transactioni, ac illius per tam longi temporis spatium observantiam Cravett. consilio 707. nu. 30. Dec. consil. 28. nu. 11. Ultra quod pro sustinenda transactione * capitur semper omnis interpretatio Rota in Foroliviens. bonorum 1. Februarii 1641. coram Reverendissimo Terracinen. & in Bononien. Bonorum de Tostinis 7. Junii 1648. §. ultimo in fin. coram R. P. D. meo Peutingero.

Neque subsistere videtur prætenfio illa, quod inter alia jura ab Hospitali remissa addi debeant

alia scuta mille pro alijs effectibus ad fideicommissum quondam Nicolai Antonii spectantibus, & signanter pro liberatione à redditione rationis Tutelæ à Laurentio Cassar per plures annos exercitæ. Quia alii effectus non justificantur, & in sententijs laicis ad favorem Hospitalis nullibi legitur, quod ex causa dictæ administrationis ad aliquid condemnatus fuerit dictus Laurentius, neque ex eo solum ut Tutelam * exercuerit dici potest debitor, nisi talis ex redditione rationis appareat, Anchar. consil. 235. n. 1. ad fin. vers. præterea propter incertam. Alexand. consil. 192. n. 2. ad fin. lib. 7. Negusan. de pignor. part. 5. memb. 1. n. 37. Ceph. consil. 768. n. 14. cum alijs cumulatim per Buratt. dec. 123. n. 6. vers. imò, & dec. 443. nu. 2. & dec. 295. nu. pariter 2.

Non etiam refragari visum fuit objectum aliàs factum, & denuò in hac disputatione repetitum contra validitatem hujus transactionis ex defectu beneplaciti Apostolici, quia Domini transferunt cum responsione jam data in alia decisione sub §. non obstat prætenfa nullitas transactionis, quod cum dictum Hospitali à Laicis gubernetur * cenferi debeat laicale, etiam in eo opera pietatis exerceantur, dum non constat quod illud auctoritate Ordinarii erectum fuerit ut præter adductos ut dicta decisione notat gloss. in cap. ad hæc in fine de religion. dom. Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 4. nu. 25. & 26. afferens hæc distinctionem inter locum pium, & Ecclesiasticum, videlicet, ut respectu primi sufficiat exercitium operum Piorum, quo verò ad secundum * requiratur erectio facta auctoritate Ordinarii, vel Pontificis Ant. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de pia caus. conclus. prima sub n. 1. & n. 7. vers. tenendo primam opinionem, Hieron. Gabr. consil. 162. sub n. versic. primo quia, Mastrill. decif. 110. n. 16. Comitulo decif. 94. n. 3. versic. cum enim, & latius decif. 117. n. 13. versic. Ecclesiastica tamen, cum seqq. Coccin. decif. 210. n. 1. vers. nam licet Confraternitas, idemque pluribus alijs cumulatim, firmavit Rota in Mediolanen. bonorum 31. Maii 1649. coram Eminent. D. Card. Corrado §. siquidem objectus.

Neque habita fuerunt in consideratione signa noviter ab informantibus pro parte Hospitalis ponderata ad effectum ut dictum Hospitali dici debeat Ecclesiasticum, scilicet exilitentia Ecclesiæ, cum fonte baptismali, & sepulchris, quia hæc non probantur aliundè quam ex simplici fide, * quæ nullum probationis gradum constituit, l. 3. §. Divus, ff. de test. Authent. si quis in aliqua, C. de eden. Guidopap. decif. 19. nu. 2. Ceph. consil. 384. nu. 21. Decian. consil. 56. nu. 91. cum vulg. præsertim in concursu Testium examinatorum ad perpetuam rei memoriam ad instantiam illorum de Cassar qui contrarium deponunt.

Demum neque ullius relevantiæ visa fuit prætenfa deputatio Rectoris, seu Capellani pro celebrandis Missis, & sepeliendis mortuis sum. Hospitalis num. 15. Quia nec ex illa valet inferri quod locus sit Ecclesiasticus, dum dicta deputatio apparet facta à Laicis absque ulla approbatione Ordinarii, quæ omninò fuisset necessaria, ut dictus Rector seu Capellanus sic deputatus Sacramenta administrare potuisset, Barbof. in collectan. ad Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. nu. 158. quo verò ad doctrinam Garz. de benefic. part. 5. cap. 1. n. 602. & seqq. firmantis Hospitali ad usum pium fundatum post mortem fundatoris dici posse pium, & non antea, licet hæc opinio admitti possit ad effectum ut locus pius dicatur;

tur; largo tamen modo susceptus, prout est quicumque alius opera pietatis exercens, non tamen visa fuit receptibilis, in casu quo quæritur an Hospitali dicatur Ecclesiasticum, & an in contractibus beneplacitum Apostolicum requiratur * cum ab istum effectum omnino necessaria sit electio facta mediante auctoritate ordinaria, vel Apostolica, & quod ea probetur, vel expressè, vel mediantibus signis illam necessario concludentibus, Barbof. de potest. Episcop. alleg. 75. n. 23. & seqq. Monet. de commut. ult. vol. cap. 4. n. 25. & 26. Carol. de Grass. de effect. Cleric. effect. 1. n. 122. versic. & quia cum seqq. cum alijs congestis in dicta Mediolan. bonorum coram Eminent. D. Card. Carrado. Et ita &c.

DECISIO LXXIII.

R. P. D. BICCHIO.

Melevitana Fideicommissi.

Lunæ 13. Maii 1652.

SUMMARIUM.

- 1 Fideicommissum certæ rei, non comprehendit bona separata, & nu. 2. & nu. 4. Declara, ut nu. 7. & num. 8.
- 3 Testator si voluisset comprehendere aliquid in fideicommissum expressisset.
- 5 Locatio plurium rerum simul, non tollit earum separationem.
- 6 Confessio Tutricis in Inventario, non nocet pupillo. Declara, ut n. 9. Auctoris probat contra habentes causam ab eo, n. 13. Pro parte potest acceptari, num. 14.
- 10 Exceptio præsupponit inclusionem.
- 11 Dicitio, ex, denotat demembrationem.
- 12 Privatio præsupponit habitum.
- 15 Separatio fundi pro communi cultura, non facit diversitatem fundi.
- 16 Negativa non coarctata non dicitur probata.
- 17 Inklusio unius, non exclusio, quando quid includitur gratia usus frequentioris.
- 18 Verba apposita ad augendum non debent operari diminutionem.
- 19 Mulier, si sibi non satisfacit ex liberis ad eam perventis pro dote, non agit ad fideicommissum.
- 20 Dos in redditu constituta in eodem est restituenda.

RE, & loco à Tenuta Ta Venetia, quam Jo. Paulus Manduca Testator particulari fideicommissio, de quo agitur, subjecit, se junctas esse imò tribus milliarijs distare clausuras nuncupatas, Tantlin, Tarimedi, & Tacatlan, deponunt disertissimè plures testes ab informantibus pro Cumulo Charitatis, examinati in Curia post decisionem hujus causæ editam coram me sub die 13. Martii 1651. unde iidem informantibus ab ea recedi infisterunt, quia sub fideicommissio certæ rei * non veniunt bona separata, Jaf. consil. 91. n. 3. lib. 1. n. 5. Ceph. consil. 144. n. 1. & seqq. Menoch. consil. 337. n. 1. & seqq. Grat. discept. 126. n. 6. & 14. Petr. de fideic. q. 13. num. 405.

Eo minus quia Testator locutus fuit simpliciter de fundo Ta Venetia nulla * facta mentione ejus pertinentiarum, ut necesse esset ad effectum ut censentur inclusa membra separata diversæ qualitatis etiam si essent de pertinentiis ex quadam commoditate annexatis rei principali, tradunt Moder.

Paris. quos refert, & sequitur Petr. de fideic. d. q. 13. n. 520. Attento præsertim, quod in alijs instrumentis de eodem fundo loquentibus pertinentiarum facta est mentio, & in ventre ipsius fideicommissi expressa nominatim fuerunt alia duo corpora; exinde enim arguitur, quod si Testator * voluisset dictas clausuras comprehendere, illas quoque expressisset, ut in terminis ratiocinatur Menoch. d. consil. 337. n. 9. vers. Sexto confert, Ceph. consil. 144. n. 6. Bellon. jun. consil. 10. n. 30. in fin. & n. 31.

Sufficitque Cumulo Reo, & possessori probasse harum clausurarum realem, localemque distinctionem, * nisi fideicommissarius eas perpetuò unitas, & incorporatas fundo Ta Venetia probet, Cravet. consil. 236. sub n. 2. vers. Apotheca. Curt. jun. consil. 158. n. 6. Jo. Franc. à Pont. consil. 63. n. 36. & seqq. lib. 1. Neque ad id satis est, quod doceat fuisse simul locatas, * quia hoc fieri potuit gratia commodioris conductionis, Alex. consil. 169. n. 9. lib. 5. Menoch. d. consil. 337. n. 26. & 27. Bellon. jun. consil. 10. n. 24. & duob. seqq. à Pont. d. consil. 63. n. 39. prout nec relevat confessio emissa à Tutrice in Inventario tutelari, * quia non nocet Cumulo à Tutrice causam non habenti, aut pupillis ex allegatis in dec. 28. n. 30. d. 39. n. 2. coram b. m. Urgell. Et convincitur erronea, tum quia contextualiter exprimi clausuras tunc fuisse simul cum fundo Ta Venetia locatas, tum ex testibus examinatis super pertinentiis dicti fundi has clausuras non recensentibus Sum. Cumuli n. 12.

Nihilominus Rota stetit in decisio, quia separatio locorum non efficit, quin etiam alia bona veniant sub fideicommissio particulari, * quando destinatione Patris familias unita perpetuò erant rei fideicommissio subjactæ, cum fundus constituitur ex voluntate, ac destinatione Testatoris l. si cui edes 30. ff. l. 3. l. ex facto 35. §. rerum autem, ff. hæred. inst. l. si quando ff. aur. & argent. leg. l. Seia §. tiranne ff. fun. instr. Ceph. d. consil. 144. n. 15. & seqq. Odd. co. 21. n. 36. & seqq. usque ad 52. Bellon. jun. d. consil. 10. n. 23. Petr. de fideic. d. q. 13. n. 522. & 524. ubi, quod tunc necesse non est quod exprimantur nominatim, vel per verba ampliativa, Cast. quotid. contror. lib. 5. c. 62. n. 26. & plur. seqq. Surd. dec. 241. n. 10. & seqq. Rot. dec. 118. n. 10. & n. p. 5. rec. Facilius ubi, ut in casu nostro ad designandam rem fideicommissio subjactam Testator ulus fuit verbis generalibus * universitatem quandam significantibus, quale est nomen Territorii, ibi, Territorium &c. appellatum Ta Venetia, ut in terminis verbi minus generalis quale est verbum, Poderium, aut Possessio, quam Testator habet in tali loco, ponderat Bart. in d. l. Seia, §. tiranne in fine, & in l. in fin. ff. reb. dub. Soc. jun. consil. 66. n. 28. lib. Bellon. jun. d. consil. 10. n. 26. in fin. & sub n. 29. Mant. de conjelt. lib. 9. tit. 2. nu. 13. Surd. d. dec. 241. sub n. 12. vers. 4. Testator, & nu. 13.

Quod autem clausuræ controversæ fuerint destinatione Testatoris unitæ perpetuò, ac membra Territorii Ta Venetia apparet, tum ex confessione Catharinæ matris, ac Tutricis filiorum fideicommissentis in Inventario hæreditario emissa, ibi, quali clausure sono membro &c. quæ ex infra dicendis adminiculata * probat etiam contra pupillos, gl. in l. cum precibus in fin. C. prob. Cyn. in l. fin. n. 6. C. arbitr. tutel. & ibidem Salyc. n. 2. quod hoc est speciale in Inventario Tutoris, quia fit maxima solemnitate, Rim. jun. consil. 819. n. 68. & 69. Mascari. de prob. concl. 938. n. 9. Grat. discept. 766. n. 56. & seqq. usque ad fin. facit Surd. dec. 325. n. 5. & seqq. Rot. dec. 362. n. 8. p. 1. rec. & per consequens contra Cumulum hæredem Petri-Pauli alterius ex dictis pupillis Rot. decif. 42. n. 2. & p. 5. dec. 96. n. 2. & seqq. dec. 127. n. 7. p. 7. recent.